



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

3. Quòd sicut nihil est melius bona conscientia, ita nihil peius mala  
conscientia homini.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

in conscientia: quasi diceret, quid prodest esse diu-  
cum grauamine conscientiae, id quod fit in vſura, n-  
lucro iniusto? Nam qui Volunt diuites fieri, incidunt  
in varios laqueos diaboli, i. Timot. 6. Quid enim Su-  
ſaſnam consolabatur in falsa accusatione, niſi bona  
& innocens conscientia, Daniel. 13. Quid omnes fan-  
tatos Martyres, quibus imponebatur quod essent Ma-  
gi & incantatores, quoſ liberauit veritas & conſci-  
tia bona? Hæc ipſa conſcientia tua in extremo iudic-  
io testimonium reddet operum tuorum, vbi cun-  
erunt maniſta. Iam longè fallitur mundus, at Chri-  
ſtus falli nō potest, cui omnia nuda & aperta ſunt, &  
qui ſcrutatur renes & corda noſtra: quare ſententia  
eius ultima non poterit eſſe falſa. Vnica igitur con-  
ſolatio in omni rerum pressura: eſt innocens conſci-  
tia: ē diuerſo in omni gaudio & luxu mudi, turbati-  
mala conſcientia eſt.

3. Nihil præstabilius eſt in homine bona conſcientia  
hæc timet Deum ſemper, & facit proximo ſicuti ſi  
velit fieri, Mat. 7. Econtrà nihil pericolofius eſte po-  
rit homini mala conſcientia, quæ ſic iactata eſt in re-  
probum ſenſum, vt mala non cogitet eſſe mala, & bona  
non reputet bona: ſed vt animalis homo facit que  
non conueniunt, Rom. 1. Quæ non credit Deum el-  
ſe, nec timet ipsum futurum correctorem mali. Haec  
maxima plaga Dei eſt, ſi quis à Deo relinquitur. Qua-  
re petijt Dauid Psalm. 50. Spiritum ſanctum tuum ne  
auferas à me, id eſt conſcientię bonę conſeruatore.  
Nam infidelium, inquit Apoſtolus ad Tit. 1, id eſt, qui  
Deum corde non timent, non terrentur à malefactis  
& peccatis: illorum mens & conſcientia inquinata  
eſt, & vermis eorum non morietur: hoc enim facit  
Deus, & relinquit in mente etiam quantumcunque  
inquinata, vt mens aliquando corrigatur & rodatur  
de malefactis. Ita hodiē homines carnales, ſint qua-  
tumcunq; lāti, glorioſi, diuites, & potentes, nunquid  
tamen

Heb. 4.  
Pſal. 7.

Mar. 9.  
Efa. 66.

esse diuit  
n vifura, i  
i, incidun  
d enim Su  
, niſi bon  
mnes fan  
effent Ma  
& confide  
remo iudi  
vbi cund  
us, at Ch  
rta ſunt,  
e ſententia  
gitur con  
ns conſci  
i, turbatio  
nscientia  
ſicuti ſili  
ſe poſt  
a eſt in re  
nala, & be  
o facit que  
Deum el  
nali. Ha  
uitur. Qu  
n tuum ne  
ruatorem  
, id eſt, qui  
nalefaci  
inquinata  
nūm faci  
mcunque  
& rodatur  
ſint qua  
s, nunqui  
tamen

tamen pacem habebunt in mala conſcientia, neq; in  
hac, neq; poſthanc vitam. Iſtum enim vermem nemo  
occidet &c.

## CAPVT XXXX.

## ARGUMENTA.

1. *Quid sit verbum Dei.*
2. *Quid sit credere verbo Dei.*
3. *Quid sit custodire aut conſeruare verbum  
Dei.*



Erbum Dei eſt sermo, quem Deus ipſe  
per Prophetas sanctos & Angelos, &  
poſtea per vnigenitum filium ſuum &  
Apostolos & sanctos viros locutus eſt  
nobis. Sic teſtatur Apostleſ Paulus ad  
Hebr. 1. Multifariam multisq; modis Deus olim lo-  
cutus eſt patribus in prophetis, nouiſſime autē die-  
bus iſtis locutus eſt nobis in filio &c. Sic 2. Pet. 1. Non  
enim voluntate humana allata eſt aliquando pro-  
pheta, ſed Spirituſancto inspirati, locuti ſunt sancti  
Dei homines: Et Christus Ioā. 12. inquit: Ego ex me-  
ipſo nō ſum locutus: ſed qui miſit me pater, ipſe mi-  
hi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar &c.  
& Zacharias in Euangelio teſtatur Luc. 1. Sicut De-  
us locutus eſt per os sanctorum, qui à ſeculo ſunt,  
Prophetarum eius. Quæcunq; ergo sancti Prophetæ,  
Christus & Apostleſ ſunt locuti, hoc Deus ipſe locu-  
tus eſt: multum ergo diſſert verbum hominis per ſe,  
& verbum Dei. Nam Prophetæ non fruſtrā dixerunt  
ſemper, Hæc dicit Dominus: quaſi dicant, Non ali-  
quis hominum. Et Christus ipſe, Hæc eſt voluntas pa-  
tris mei, &c. Inde hodiè conceionatores dicunt, Dixit  
Iefus diſcipulis ſuis, ſcilicet ut cum reverentia & tre-  
more audiamus verbum Dei, & diſtinguamus ab ho-  
minis verbo prolato. Quòd ſi verbum Regis yrget &  
habet

Ioan. 6.